

**Hexaēmeron Hē Toi, Kosmourgia, Georgiou tou Pisidou  
diakonou ...**

**Georgius <Pisida>**

**Lutetiae, 1585**

Alia diuinorum operum consideratio & admiratio

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70102](#)

Ne partiatur dupli discrinime, ut  
Quod nusquam adest par sit vacanti essentia,  
Sed singulis Vbiique partibus respondeat.  
Dictisque, ceu cuncis sibi aduersantibus,  
Et Omnia, vnumq;, & quod est nusquam retro  
Vbiique nectentes reclamanti sono,  
Sententiarum stabile fulcrum figimus.

680      Quamquam altitudo orationis summa sit,  
Elatus in sublime non vis retegere:  
Sin euhantur corda ad arcem altissimam,  
Reducis ea profunditatem ad infimam,  
Ut longitudo nulla ad imum hoc deuolet,  
Nec latitudo currat ad fastigium:  
At fluxus immensorum ad immensum patens  
Porrectione scinditur fusus tua.  
Ut, si loqui ita fas sit, quæ adhuc non condita  
Coniunctione tui excitentur numinis.  
1690     Insistis etenim, ac tum recedis quando ades,  
Manes, fugisque exilis, atque umbræ in modum:  
Dum detineris, prensionem tum effugis.

Sic ergo inexpleto scientiæ tui  
Amore captus, vineam & desiderans  
Vindemiare conditorum à te omnium,  
Quem carpam & amputem racemum nescio:  
Nam dispari speculatione & vtili  
Mentem meam diuido, premorque angustiis,  
Ad primaque aspirans, ab imis pertrahor,  
1700     Atq; énato aduersis in vndis æquoris:

Dei prestan-  
tissimæ sapien-  
tiæ & essen-  
tiæ neminem  
neque dicende  
neque cogi-  
tando assequi  
posse.  
Ex Psal. 138.

Alia diminu-  
tio operum con-  
sideratio & ad-  
miratio.

Q ij

PISIDÆ, M V N D I O P I F I C I V M.

Vt nauigantibus in cauis pelagi abditis,  
Quò latius protenditur vastum mare,  
Tantò magis se contrahunt præcordia.

Nam fulgetri si more percurram impetu,  
Et volucer attollar, penetrans singulas  
Res quasque, & altius ferar, scisso æthere,  
P E T R V S recludam clauibus fictus modò:  
Nec me hæc in arctum extensio redegerit,  
Orbes polorum transiens, superabo aquam,  
Forsitan abyssum ex ipso abyssø, & exitum  
Initio iungens, videns nec terminum. 1710

Tum pronus incumbens ad imum gurgitem,  
Et conuolutus ad cauum voraginis,  
Vortigine æstuo, paloque vagus, & denuo  
Ad humum reflecto limus cursum meum:  
Nam quid ego sum, scintilla nisi si terrea,  
Lutumque molle, aut puluis insidens humi?  
At quâ auolabo, quem secabóve æthera?  
Aut quâ profectus astra feriam vertice,  
Orbem actus in quintum Lyceti præsidis? 1720

Aristot. 12.  
Metaph.  
Psal. 23.

Aut quemnam in alterū polū, aut quam ianuam,  
Quæ referat illum, aut quam alteram rursus petam?  
Procedo quærens, refugio tangens manu:  
Profunda terræ si infimæ conspexero,  
Nec támque millenam altitudinem alteri,  
Immensitatísque modulum certum sciam:  
Discam at mea à terra, meaque matre, ubi  
Longissimum pedem suum contraxerit.

Tum

Animiphi-  
lophantis  
cogitationes  
arduae &  
anææ.